



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres**

**Vismara, Ercole**

**Mediolani, 1579**

Mirac. Virg. XXVIII. Honestissima puella Virginis inuitatu, coelestium, & immortalium Virginum choro inseritur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

animi magis, magisq. accense fuere. Procedens autē summus antistes maximo sacerdotum numero, institutisq. solemnibus supplicationibus, in collem niuiberum in modum albicantem perrexit; templiq. extruendi optimis coniugibus fuit optimus auspex. Hoc hodie Romae inuisitur, amplissimum, Virginisq. maiestate dignum, D. Mariae maioris nomine in scriptum. scriptum est in D. Magni uita, huiusmodi etiam miraculo, Venetijs fuisse duodecim templa extructa.

## MIRAC. VIRG. XXVIII.

*Honestissima puella Virginis inuitatu, coelestium, & immortalium Virginum choro inseritur.*

**P**vellae quae Musa dicebatur, & quae foror erat probi, uiri sanctissimi, ut ipse multis narrire solebat, in somnis Virgo se noctu obtulit innumeris Virginibus comitata, quarum uestes niue candidiores erant. illis cum se inserere ualde puella aueret; Dei mater fulgentissimo, ac coelesti ore, inquit, te quoque earum in numero, si uis reponam. Quare id ardentem cupienti, apud Virginem impetratum facillimum fuit. Praecepit ergo munificentissima parens, ut ab omni puellari leuitate, risuque, & ludicris rebus se contineret; id si fecisset, inter coelestes illas, & immortales adolescentulas, ipsam quoque conumeratum iri dicebat. Idcirco se adolescentula plane ab omni flexibili, & inconstanti consuetudine abduxit, ac remouit; & alia omnino facta est. Demirati deinde fuerunt parentes de tam repentina mutatione; qui incredibilem